¶ Hi⁹ igit accipiẽda sũt usqz ad ꝶ pmũ: q̃rũ vnũqdqz qdẽ in plus sit. Oia aũt non sũt i plus. hãc eni neẽe est substãtiã rei eẽ.

¶ Ex disione data oñdit q̃lia debeãt accipi ad formãdũ diffõnẽ. Circa qd duo facit. qz pmo fac qd dcm̃ est. 2° qd dixerat manifestat p exẽplũ. ibi⌊ Ut trinitati. ⌋ptinuet aũt sic. dẽm est q q̃dã ulia p̃dicata se hñtia i plus q̃dã se extẽdũt ex genus. q̃dã aũt nõ. z qz sic est: ⌊ accipiẽda sũt aũt hi⁹ ⌋sup. p̃dicata ulia se hñtia i plus ⌊ usqz ad ꝶ. ⌋i. usqz ad tãtũ nũz. siue usqz ad tale terminum quisqz tot accipiant ⌊ q̃rũ vnũqdqz qdẽ taliuz. ⌋i. p̃dicatorz ⌊ in plus sit. oia aũt nõ in plus sũt. hãc g neẽe est sbaz rei. ⌋i. sbalez diffõnẽ. q.d. cũ tot sunt accepta ulia p̃dicata hñtia se in plus nõ extẽdẽtia ex genus q oia si mul sũpta nõ se hñt in plus q̃z ipm diffinitũ. tũc ex talib⁹ p̃dicatis pstituit sba uel diffõ. ¶ Dubitaret forte aliqs: qz vi ꝶ falsuz q q̃libet ps diffõnis se debeat hie in plus: z totũ in eque. nã ultia dzia semp pũtit cũ dit finito. pm pbm eni in meta. si bñ sciremus dzias aialis findẽtis pedes tot eẽnt hi⁹ dzie. quot sunt aialia findẽtia pedes. nũs g dziarũ pparuz sb aliq̃ gñe equat nũo speruz sb illo gñe: qd nõ eẽt nisi dzia ultia puertere cũ spe. ¶ Dõm q qz ignote sunt nob forme sbales: z qz ignote sunt nob dzie ppe ex ꝶ multa mala icurrimus diffiniẽdo. p° qz facimus diffõnẽ ex plurib⁹ q̃z duob⁹. solũ eni duo deberẽt pcurrẽ ad diffõnẽ. quorz vnuz se hiet ut mã z ut potẽtia. vz genus. aliõ ut act⁹ z ut forma. vz dzia. nũ q̃z eni ex duob⁹ fit vnuz. nisi vnũ se hẽat ut potẽtia. z aliõ ut act⁹. nec opz dare 3ᵐ qz non regrit ibi. nec colla nec clau⁹ ad pũgẽdũ actũ potẽtie. iõ 3ᵐ est semp supfluũ. duo aũt solũ regrunt ad pstitutionez rei. potẽtia z act⁹. attñ qz aliqñ in oiatũ est genus ppriũm tũc loco gñis ppriũ ponim⁹ genus remotũ usqz ad dziã ultimã. ut si eẽt diffõ hois aial mãsuetũ bipes. totuz ꝶ aial mãsuetũ accipet loco gñis ppriũ primi. z bipes se hiet ut specifica dzia. Rursus qz aliqñ est nobis ignta dzia ppa: tũc loco dzie ppe assumim⁹ duas dzias quarũ quelibet se hẽt in plus. z ambe in eque. z si non sufficiũt due accipim⁹ z plres alias tales. utputa si eẽt nob ignota ppa dzia hois accipemus gressibile bipes loco dzie ppe q̃rũ q̃libet se hẽt in plus z totũ i eque. gressibile eni est in plus q̃z hõ eo q equus z alia q̃drupedia sunt gressibilia: z bipes in plus q̃z hõ. qz uolatilia sunt bipedia. sed ꝶ totũ. gressibile bipes. forte est solus hõ. q g si accipiant multa que sunt in plus. totum aũt nõ in plus sed in eque. hoc est ex ignorãtia dzie ppie. Qd g obijcit q dzia ppa puertit. dici debet q uerũ est si eẽt illa nob nota. sed qz non est nob nota: loco illi⁹ accipim⁹ aliq̃ plura: quorz q̃libet se hẽt in plus: z totũ in eque. ¶ Ulteri⁹ forte dubitaret aliqs. utrz iste modus sit pueniẽs. ¶ Dõz q pueniẽti⁹ eẽt si scirem⁹ dziaz ppriã. tñ post diffõnẽ ptinẽtez dziã ppriã hec est pueniẽtior diffõ qñ loco ppe dzie accipiunt plura. q̃z q̃libet se hẽt in plus. z totũ in eque. qz nõ est aliqd q ita nos ducat in cognitionẽ ppriũ siẽ pueniẽtia z dzia quã hz res ad alia. ut si loco dzie ppe hois accipet gressibile bipes. gressibile diceret pueniẽtiã quã hẽt hõ cũ aialib⁹ terrestrib⁹. z dziã quã hẽt cuz uolatilib⁹. bipes aũt eqrio diceret pueniẽtiã ad uolatilia z dziã ad terrestria. In his g duob⁹ ptinet pueniẽtia z dzia ipsi⁹ hominis tã ad aialia uolatilia q̃z ad terrestria. z qz hic est modus maxie deueniẽdi i cognitionẽ dzie ppe: iõ post diffõnẽ ptinentẽ dziã ppriã videt hic modus esse congruẽtior. ¶ Ulteri⁹ forte dubitaret aliqs. utrz hz vĩtatẽ posset fieri diffõ pm hũc modũ. ¶ Dõz q nõ. nã q aliq̃ sic se hẽant respectu alic⁹. q q̃libet illorz se hẽat in plus z totũ in eque: ꝶ eẽ nõ põt nisi qz illa duo se hẽant sicut excedẽtia z excessa. ut ponam⁹ q hõ niger se hiet in eque cũ ethiope. videm⁹ eni q hõ est in plus q̃z ethiops. z nigrũ in plus q̃z ethiops. hõ tñ niger posit⁹ est iesse i eque. qd si sic est opz q hõ z niger se hẽant sicẽ excedẽtia z excessa. nã si hoc nõ eẽt nõ posset eẽ q q̃libet eẽt in plus z totũ in eque. nã si nigrũ nõ repiret nisi in homie. z hõ esset in plus q̃z ethiops. homo autẽ niger puertere cũ ethiope oporteret q nigrũ puertere cũ ethiope. qd si nõ segt des oppositũ. si enim aliqd est nigrũ qd nõ sit ethiops. sit illd. a. querem⁹ g utrz a. sit hõ. ul nõ. si nõ est hõ hoc est õ ypothesiz. suppone bam⁹ eni q nigrũ nõ se extẽderet ex hoiez. si aũt ẽ hõ z nõ ẽ ethiops. g hõ niger nõ pũtit cũ ethiope qd est ẽt õ ypothesim. Q g g aliq̃ duo sic se hẽant respectu alicui⁹ q q̃libet sit in plus z totũ in eque ꝶ eẽ nõ poterit nisi q̃libet illorz duorz restrigat aliõ. z si q̃libet ul si utrũ qz restrigat utrũqz. utrũqz erit restrigẽs z restrictũ. z p pns utrũqz erit excedẽs z excessuz. nã nõ restringit nisi qd excedit. z nõ restrigit nisi qd excedit. eẽ g restrigẽs z restrictũ est eẽ excedẽs z excessuz. sed ipse est pm ueritatẽ in diffõne eẽ aliq̃ duo sic se hñtia. sic excedẽtia z excessa. nã in diffõne sunt genus z dzia. ul si sũt ibi plures dzie. ꝶ erit pm ordinẽ p̃dicamẽtalẽ. quarũ vna erit dzia gñis supioris. z alia iferioris. genus g z dzia nõ pñt se hie sic excedẽtia z excessa. qz dzia nõ se extendit ex gen⁹. Rursus due dzie ordiare pz ordinẽ p̃dicamẽti nõ pñt sic se hie si bñ date sint. nã dzia gñis iferioris si bñ data sit nõ poterit excedẽ dziaz gñis supioris. tal g diffõ ptinẽs plura: quorũ q̃libet est in plus z totũ in eque: nõ erit diffõ uera. sz poterit eẽ supplẽs in eẽ diffõnis uere. iste g modus diffiniẽdi tradit⁹ hic a pho non est bonus simplr. sz est bonus respectu nri. z est bonus in casu ut dixim⁹ in ptinuãdo lraz. nã qz nob sũt ignote dzie ppe ut sup̃ dixim⁹. iõ hic modus est nobis cõpetẽs. qz post diffõnẽ ptinẽtez dziã ppriã. hec diffõ est cõgruẽtior q ptineat aliq̃ quorz q̃libet sit in plus z totũ in eque ut est ex qõne p̃hita mãifestũ. ¶ Deiñ. c. d.

¶ Ut trinitati iest oi nũerus ipar pm⁹ utrobiqz. z sicut q nõ est mẽsurari nũero: z sic q est nõ cõponi ex nũeris. hoc itaqz iã trinitas est numerus ipar pmus: z sic pmo.

¶ Manifestat qd dixerat p exẽpluz de diffõne trinarij. Circa qd tria facit. qz p° dat diffõnẽ trinarij. 2° oñdit diffõnẽ hui⁹ eẽ pm datã methodũ siue pz datã artẽ. 3° declarat q talis diffõ sit diffõ trinarij. 2ª ibi. ⌊ Horuz eni. ⌋ 3ª ibi ⌊ Qm̃ ãt oñsũ. ⌋ Dicit g ⌊ Ut trinitati iest oi nũs ipar utrobiqz pm⁹. ⌋ q.d. dcm̃ est q diffõ dz cõtinere aliq̃. quorz q̃libet sit in plus z totũ in eque ut nũs utrobiqz pm⁹ iest trinitati sup. mõ p̃dicto. qz q̃libet horz sit in plus q̃z trinitas. totũ aũt: nõ in plus. sz in eque. z exponit se qd applket nũs utrobiqz primus. d. ⌊ z ⌋ sup. nũs utrobiqz pm⁹ di ⌊ sicut qd est nõ mẽsurari nũo. z sic nõ cõponi ex nũis. hc itaqz iã trinitas est ⌋ q.d. q ista est diffõ trinitatis ⌊ nũs ipar pmus. z sic pmus. ⌋ vz utrobiqz. ¶ Notãdũ aũt q nũs pm⁹ di qd non pducit ex nũis. sed ex sola replicatione vnitatis

pducit.sz nō pduci ex nūis est duplr:ul ex ductu nūi in nūm.ul ex aggregatiōe nūi cū nūo.gnari⁹ eni nō pducit ex nūis ex ductu nūi in nūm.qz nullus nūs ductⁿ in aliquē nūm faciet nūz gnariū:tū gnari⁹ bū pducit ex nūis ex aggregatiōe nūi cū nūo.qz ex aggregatione nūi binarij cuz trinario ꝓstituit gnari⁹:gnarius ḡ nō est p̄m⁹.nisi vno mō.senari⁹ aūt nullomō est p̄m⁹. qz utroqz mō ꝓstituit ex nūis.ꝓstituit eni ex ductu nūi in nūz.qz ex ductu trinarij in binariū ꝓstituit senari⁹. nā ter duo sex faciūt.Rursus ꝓstituit senari⁹ ex aggregatiōe nūi cū nūo.nā duo cū q̄tuor sex faciūt.trinarius aūt est p̄mus utroqz mō.qz nō pducit ex ductu nūi in nūm.z hoc appellat phs nō mēsurari nūo. nā nūs qui ductⁿ est in aliū nūm pducit aliquez nūm hi⁹ nūs p̄m illū nūm di mēsurare pductū nūm.ut si binarius ductⁿ in trinariū facit senariū.binari⁹ mēsurabit senariū p̄m trinariū.qz est 3ª ps senarij.p̄m hoc eni binarius mēsurat senariū sic ulna mēsurat pānū qñ totiens sumit q̄ equat pāno.sic binari⁹ mēsurat senariū p̄z trinariū.qz ter sumptⁿ equat senario.trinari⁹ aūt est primus isto mō.qz nullus nūs ductⁿ in aliū nūm mensurat trinariū ul pducit ipm.Rursus trinari⁹ est p̄mus alio mō.qz nō cōponit ex nūis.nullus eni nūs cōpositus alteri nūo facit trinariuz.¶Deinde cum dicit.

¶ Noz eni vnūqdq̄z aliō:qd i parib⁹ oib⁹ inest:ultimuz aūt z dualitati:oia aūt nulli.

¶Probat hi⁹ diffōnē eē p̄m datā methodū siue p̄m datā artē.d.[Noz eni]siue[hoz qdē vnūqdq̄z] su.est i plus q̄z trinari⁹.qd pz.nā[ali⁹ qdē.]vz nūs ipar[i est oib⁹ iparib⁹]alijs a trinario[ultimū ār.]vz utrobiqz p̄mus[z dualitati]sup.iest[oia aūt.]i.totuz sil[nulli]sup.alij iest nisi trinitati.est ḡ hec diffō trinitatis p̄m datā methodū.qz q̄libet ps est in plus z totuz in eque.¶Notādū aūt q̄ eē utrobiqz p̄mū.i.nō mensurari.ul nō pduci ex ductu nūi in nūm.nec pduci ex cōpōne nūi cū nūo nō solū cōpetit trinitati.sz ēt dualitati.nā nullus nūs ductⁿ in aliū nūm facit dualitatē z nullus nūs cōpositⁿ cuz alio nūo facit ipam.nūs ergo impar est in plus q̄z trinari⁹.qz cōpetit alijs iparib⁹ z etiā utrobiqz p̄muz est in plus q̄z trinari⁹.qz cōpetit binario.totū aūt simul.vz nūs impar utrobiqz.p̄mus soli trinario cōpetit.¶Deinde cum dicit.

¶ Qm̄ aūt oñsuz iā est in supiorib⁹ q̄ necessaria sunt i eo qd qd est p̄dicātia. ul ia aūt necessaria sūt. In trinitate aūt z in q̄cūqz alio sic accipiunt i eo qd qd est:accepta sic ex necessitate erit trinitas hec.

¶Declarat q̄ hi⁹ diffō trinarij est bona ex quo q̄tuz ad pñs spectat duo regrunt ad hoc q̄ aliqd sit diffō.p⁰ q̄ p̄dicet ul z ex nēcitate.2⁰ q̄ dicat totā sbaz rei.tria ḡ facit phs:qz p⁰ pbat q̄ hoc qd dictuz est p̄dicat ul z ex nēcitate de trinario.2⁰ oñdit q̄ dicat sbaz et⁹.3⁰ cōcludit q̄ eo mō quo accepta ē diffō de trinario posset accipi de q̄libet alio.2ª ibi[Qd aūt sba sit.]3ª ibi[q̄re z alij cuilibet.]Dicit ḡ.[Qm̄ aūt oñsuz est nob.] i.a nob[in supiorib⁹ nēcia qdē sunt in eo qd qd est p̄dicātia.]q.d.q̄ p̄dicātia in eo qd qd sunt nēcia.z sbdit[ul ia aūt nēcia sunt.]q.d.q̄ talia nēcia.vz p̄dicātia in eo qd qd sunt ul ia.i.p̄dicant ul r.si ḡ ea que posita sunt in diffōne trinitatis p̄dicant in eo qd qd.qz dictū est q̄ talia debēt accipi.o3 q̄ illa p̄dicent ul r z de nēcitate de trinario.iō sbdit.q̄[in trinitate aūt z in q̄libet ul in quocūqz alio in eo qd qd accipiunt sic.]i. accipiēda sunt sic.vz p̄m datā artē[accepta aūt sic trinitas erit hec]que sunt accepta[ex nēcitate]z su.z ul r.ita q̄ que sic accepta erūt z ex nēcitate z ul r p̄dicabunt de trinitate.¶Notādū aūt q̄ data methodus ē q̄ accipiēda sunt hi⁹ que se hūt in plus z nō se extēdūt eē genus z tot sunt accipiēda de talib⁹ quoz q̄libet est in plus:z q̄ oia sil accepta nō sint i plus:sz in eque. si ḡ accepta nō se extēdēt eē genus z sunt ordinabilia in gūe opz q̄ ptineāt ad qdditatē rei.z qz talia insunt de nēcitate z p̄dicant ul r:opz q̄ ea que sunt accepta i diffōne trinarij si sic accepta sunt q̄ trinari⁹ fit ex nēcitate hec que sūt accepta.i.q̄ hi⁹ accepta p̄dicent de necessitate de trinario.z ēt su.opz q̄ p̄dicent ul r.¶Dubitaret forte aliqs.qz nō vi q̄ posita in diffōne trinarij p̄dicent eēntial r de trinario.qz eē p̄mū z nō mēsurari nūo ul nō eē p̄mū.sz mēsurari nūo vident eē q̄dāz p̄petates nūi.¶Dōz q̄ dato q̄ nō sint p̄petates hoc nō obstat.nā qz ignote sunt diie eēntiales utimur tali b⁹ loco diiaz eēntialiuz.sic ḡ bipes ponit dīa hois z dīa eēntialis.z tū figura mēbroz corpis qdā accis est.attū cū nescimus diiā eēntialē significam⁹ eā noie alicui⁹ accitis.ut p gressibile siue p pēnatū que z si p̄z se accitia noiant.tū ut igrediunt diffōnē ponunt vice diiarū subaliū z assumunt ed figūduz rei eēntiā.nam z ipa noia subarū utplurimū ab accitib⁹ sunt assūpta ut lapis a lesione pedis:z petra a tritiōe pedis p̄m grāmaticalē ethimologiā:qui dicunt q̄ petra dicit quasi pede trita.¶Deinde cum dicit.

¶ Qd ār sba sit ex his:manifestū est.nēce eni est nisi b eēt trinitatis eē:ut gen⁹ aliqd eē.b ār noiatū:aut nō noiatū:erit igit i plis q̄z trinitati ieē:ꝓcessū eni est hi⁹ eē gen⁹ qd cūqz p̄m potētiā in plus est.Si itaqz nulli inest alij q̄z athomis trinitatis:b utiqz erit trinitatis eē.supponat eteni b vniuscuiusqz sba eē q̄ē i athomis ultimū p̄dicamtū.

¶Oñdit q̄ sba trinitatis est ex his z q̄ diffinitio data dicit totā sbaz trinitatis.d.[q̄ aūt sba]su.trinitatis[sit ex his.]i.ex positis in diffōne p̄dicta[manifestū est]ex his q̄ dicent.z sbdit q̄[nēcē est eni nisi hoc eēt eē trinitatis.]i.nisi in b ꝓsisteret eēntialis diffō trinitatis q̄ dicit eē ei⁹[ut gen⁹ aliqd eē.]q.d.q̄ si nō eēt diffi⁰ esset genus.z sbdit q̄[b aūt.a.]i.hi⁹ genus[aut noiatū aut non noiatū.erit igit in plus q̄z trinitati in eē]uel[q̄z trinitatis eē.]q.d.q̄ si est genus siue sit nominatū siue inoiatū erit in plus q̄z trinitas qz[ꝓcessū est eni hi⁹ eē genus.qd qdē p̄m potētiā est i plus]sup. q̄z ea q̄ sunt in gūe.z qz rō assignata de trinitate nō est in plus q̄z trinitas nō erit gen⁹.sz si nō est gen⁹ z p̄dicatur in qd opz q̄ sit diffi⁰ dicēs eēntiā siue eē qdditatē rei.iō sbdit[si itaqz]su.rō data[nlli alij ierit q̄z athomis.]i.q̄z idiuiduis[trinitatis.b utiqz erit eē.]i.diffi⁰[trinitatis]z sbdit.q̄[supponat eni z eē b sba.] i.sbalis diffō[vniuscuiusqz q̄ est ultimū.]i.finale[p̄dicatū in athomis.]i.in ididuis rei.¶Notādū autē q̄ usqz ad ultimā dīiā nō habet ultimū.i.finale p̄dicatū qd nō inest nisi athomis.i.nisi ididuis spēi.nā hoc mō fit diffō semp aggregādo dīias donec totū aggregatū equet spēi.z tūc illd totū aggregatū qd est sic ultimo edeqtū spēi nō p̄dicat de alijs nisi de solis athomis.i.ididuis illi⁹ spēi.¶Notādū ēt q̄ nō p̄pe diffinit nisi spēs spālissima nō q̄ est disibilis in spēs.sed q̄ est disibilis in athoma.i.in ididua.pp qd spālē mētionē facit de athomis.i.de ididuis.¶Notādū ēt q̄ si ē diffō hois q̄ est sba aiata sibilis gressibilis bipes usqz ad ultimā diiā q̄ adeqt diffōnē datā hoi sp acceptuz se hēt ut gen⁹:sba eni aiata se hēt ut gen⁹ ad hoiem.z sba aiata sibilis gressibilis ut gen⁹. qñ aūt additū est ibi bipes.qz nō se hēt in plus.tūc iā est diffō.si eni sctrem⁹

noiare totū p̃cedēs vno noie illd̃ tanq̃ genus ⁊ bipes tanq̃ dēia faceret diffinitionē. B̃ supponēs phus dicit rōne datā de trinitate ul' eē genus ul' diffōnem. nō est autem genus quia non p̃dicat in plus. relinquit ergo q̃ fit diffinitio eo q̃ predicat in eque. nam qd̃ p̃dicat in quid ⁊ predicat in eque diffinitio est. genus enim nō p̃dicat in eque. dēia aūt non p̃dicat in qd. diffō autem ⁊ in qd ⁊ i eque. ¶ Dubitaret forte aliqs. quō gen⁹ ꝓ̃z potētiā est in plus q̃z que sunt in gñe. ¶ Dōz q̃ iferiora nō sūt in supiorib⁹ actu. ꝓ̃z potētia. gen⁹ eni po^a hēt oēs dēias. actu vō nullā. ⁊ sic ꝓtinet genus oēs dēias po^a: nullā aūt actu sic genus hēt oēs spēs po^a. actu vō nullā. imagiabimur eni q̃ ꝓ̃z genus nō sit oino sic mā. qr mā est po^a pura. genus aūt est forma media iter potētiā ⁊ actū. ut dicit Cōmē. sup 2° meta. attñ q̃ztuz ad pñs spectat genus hēt magnā similitudinē cū mā. nā sic mā est qd̃dā fundamētuz nāe in qua nihil est actu. sed mā est oia in po^a. ⁊ p aduētū diūsarū formarū fit qd̃libet in actu. ita q̃ qui itelligit genus ꝑm q̃ hui⁹ nō itelligit aliquā spēm in actu: ⁊ adiūgēdo uarias dēias generi pōt itelligē quālibet spēz in actu. bñ q̃ dcm̃ est q̃ genus ꝑm q̃ potentia est in plus q̃z quelibet sua spēs. qr in potentia est oēs sue spēs. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quare similiter ⁊ alij cuilibet sic demōstratorum eidem esse inerit.

¶ Cōcludit ex dictis q̃ eo mō q̃ accepta est diffō trinarū pōt accipi ⁊ diffō quorūlibet aliorū. d. ⌊ Quare ⁊ alij cuilibet sic demōstratorū. ⌋ i. sic diffinitorū. sic diffinita est trinitas sil⌊ierit ul' erit idē eē. ⌋ i. eadē diffō. q. d. ⁊ qd̃ cūq̃ aliud a trinitate sic diffiniat: illd̃ idē qd̃ sic se hēbit ad tale diffinitū sic diffō trinitatis se hēt ad trinitatem. illud. s. idez erit sil' eē. i. diffō talis diffiniti sic diffi^o data de trinitate est diffō trinitatis. ¶ Deiñ. c. d.

¶ Congruū aūt est cū totū aliqs negociet departiri gen⁹ in athoma specie p̃ma. ut numerus in dualitatē: ⁊ trinitatez. postea sic diffinitiones illorū accipere tentare: ut recte linee ⁊ circuli ⁊ recti anguli.

¶ Postq̃z auctor dedit artē ⁊ methodū quō sit accipienda diffō q̃ est bona in casu. In pte ista dat artem ⁊ methodū q̃ est bona simplr. est eni ars ⁊ methodus bona simplr scire diuidē gen⁹. ul' scire accipe ꝑtiuz genus. ⁊ scire accipe ꝑtiā dēiaz. Circa qd̃ q̃tuor facit. qr p^o dat artē quō accipiēda sit hi⁹ diffō q̃ est bona simplr. 2° oñdit quō hi⁹ ars sit utilis. 3° declat quō sit poliis. 4° resumit artē datā ⁊ oñdit eā eē sufficiētē. 1ª ibi ⌊ Sz diuisiōes q̃ sunt. ⌋ 3ª ibi ⌊ Nihil aūt opz diuidente. ⌋ 4ª ibi (Ad p̃bādū aūt diffionez.) Circa p̃^m aūt tria facit. qr p^o docet eū diuidē gen⁹: ⁊ docet accipe ꝑtiū gen⁹. 2° docet accipe ꝑtiā dēiā. 3° qd̃ suppositum erat. pbat. 1ª ibi (Post aūt hēc.) 3ª ibi (Propterea.) Dicit q̃. (Cōgruū aūt est cū aliqs negociet aliqd̃ totū.) i. circa aliqd̃ totū qd̃ dz diffinire (departiri.) i. didē (genus i p^a athoma spe) uel in p̃mas athomas spēs. i. in spēs spālissimas (ut nūs.) i. si diderēt nūs (in dualitatē ⁊ trinitatē. postea.) i. postq̃z sic diuiz est genus (sic.) s. dz (tētare diffōnes illarū) spērū. ⁊ sbdit (ut recte linee ⁊ circuli ⁊ anguli recti.) q. d. q̃ sic accipiēda est diffō dualitatis ⁊ trinitatis ⁊ aliarū spērū nūt sic accipiēda est diffi^o aliarū spērū ꝓtētarū sb alijs gñib⁹. ut diffō recte linee circuli ⁊ anguli recti. debem⁹ q̃ tētare diffōnē accipere dualitatis trinitatis ⁊ aliarū spērū spālissimarū. ut diffōnē recte linee ⁊ anguli recti. ¶ Notādū aūt q̃ in B̃ phs docuit nos sic didē gen⁹. dedit eni nob artez accipiēdi ꝑtiū genus. qd̃ āt didit in spēs spālissimas est ꝑtiū genus illaruz spērū. genus aūt nō ꝑtiū sed lōginquū nō didit in spēs spālissimas. ꝓ̃z in spēs sbalternas. diuidē q̃ genus in athoma spe. ul' in athomas spēs. ul' in spēs spālissimas est via ad cogscēdū ꝑtiuz genus. ¶ Notādū ēt q̃ genus ul' didit in duas spēs sbalternas. ul' in duas spēs spālissimas. ul' in vnā spēz spālissimā. ⁊ in aliā sbalternā. supponim⁹ eni disionez eē bimē brē. si q̃ didat genus in duas spēs sbalternas. tale genus nō accipiet ut ꝑtiū in diffōne spēi spālissime. si vō ꝑm disionē rectā diuidat in spēm spālissimaz ⁊ sbalternā poterit accipi ut genus ꝑtiū in diffōne illi⁹ vni⁹ spēi spālissime. ꝓ̃z si didat disione ꝑpa in duas spēs spālissimas. poterit accipi ut genus ꝑtiū i diffōne utriusq̃z. via q̃ recta ⁊ ars debita ad cogscēdū ꝑtiuz genus est facē disionē in athoma spe. i. in idisibilia ꝑm spēm siue in spēs spālissimas. ¶ Notādū ēt q̃ ait q̃ debem⁹ didē genus in athoma spe p^a ul' in athomas spēs p̃mas. qr nō est genus ꝑtiū ad diffinitēdū spēm spālissimā nisi genus illd̃ qd̃ p^a ⁊ imediata disione diuidit in spēm talē. vñ athome spēs accipiēde p disionē gñis sunt accipiēde p se ⁊ imediate sb illo gñe. qr ꝓ̃z B̃ accipiet gen⁹ ꝑtiū illarū spēr. nā disione nō p^a ⁊ imediata ꝓ̃z remota ⁊ p multa media poterit ēt gen⁹ gñalis simū didi in spēs spālissimas. ¶ Notādū ēt q̃ ait. cōgruū est. ut denotet hāc artē datā in diffōne. vz diffinire aliqd p ꝑtiū genus ⁊ p ꝑtiā dēiā eē ꝓgruam simplr. nā ars data supra q̃ diffiniat aliqd p multa quorū qd̃libet sit in plus ⁊ totū in eque nō est ꝓgrua simplr. sed i casu cū nō possum⁹ scire ꝑtiā dēiā. ¶ Notādū ēt qd̃ ait q̃ cū negociet totuz aliqd. i. circa totū aliqd qr diffō ut dī in 7° meta. est ꝑmo. ⁊ ꝑmo hēt ptes. ⁊ oz ut ibi dī q̃ ptes diffōnis corrūdeāt ptib⁹ rei diffinite. cuiusmodi aūt sint iste ptes aut rei aut nois. nō est pñtis speculatiōis. sufficit aūt ad pñs scire q̃ sic oz diffōnē hīe ptes. ita diffinitū. ⁊ si neē est diffinitū hīe ptes neē est diffinitū eē qd̃dā totū. pbs ḡ uolēs loq de negociatiōe circa diffinitū ait cū totū aliqd. i. circa totū aliqd̃ qd̃ idē est q̃ circa aliqd̃ diffinitū. ¶ Deide. c. d.

¶ Post hec aūt accipiētes qd̃ gen⁹ sit utrq̃ q̃ztitatū: aut q̃litatū ꝑpas passiōes speculari p coia p̃ma. cōpositis eni ex athomis ꝓueniētia ex diffōnib⁹ erūt manifesta.

¶ Quia docuit nos accipe ꝑtiū genus docet nos accipere ꝑtiā dēiā. d. ⌊ Post h^c āt. ⌋ i. postq̃z diffim⁹ gen⁹ in athomas spēs. ⁊ ex B̃ accepim⁹ genus ꝑtiū. accipiendū est ⌊ qd̃ gen⁹ sit. ⌋ i. qd̃ p̃dicatū sit in q̃ est illud p ꝑtiū gen⁹. ul' in q̃ sunt ille spēs athome q̃ sūt diffinienda ⌊ utrq̃ q̃litas aut q̃ztitas. ⁊ ꝑpas passiōes speclari. ⌋ q. d. q̃ postq̃z vidim⁹ qd̃ genus ⁊ qd̃ p̃dicatū sit i quo sunt illa q̃ debēt diffiniri. ut utrq̃ sit q̃litas aut q̃ztitas debem⁹ speculari ea q̃ sunt ꝑpa illi⁹ gñis siue illi⁹ p̃dicamēti. ⁊ sbdit cām ⌊ cōpositis eni ⌋ sup. diffōnib⁹ ⌊ ex athomis. ⌋ i. ꝓ̃z q̃ regrunt athome spēs (p coia p^a.) i. per ꝑpa ipsi⁹ gñis gñalissimi. siue ipsi⁹ p̃dicamēti q̃ sūt coia p^a (ꝓueniētia ex diffōnib⁹.) i. ea q̃ sunt ꝓueniētia ad diffōnes (manifesta erūt.) q. d. q̃ B̃ mō poterimus iuenire cōueniētia ad diffōnes ⁊ B̃ mō poterim⁹ facere diffōnes cōpositas ex athomis. i. ex dēijs ꝑtiijs. i. ꝑm q̃ regrūt spēs athome p coia p^a ⁊ p ꝑpa toti⁹ p̃dicamēti. ¶ Dubitaret forte aliqs. qd̃ pdest speculari ꝑtia toti⁹ gñis gñalissimi. ⁊ quō p talia coia p^a sunt manifesta ea que sūt ꝓueniētia ex diffōnibus. i. ad diffōnes. ⁊ quō talia coia p^a ualēt ⁊ sūt pficua diffōnib⁹ cōpositis ex athomis. i. ex dēijs ꝑpis q̃ sūt dēie athome. i. idisibiles ꝑm spēz. qr tales dēie sūt ꝓūtibiles cū spēb⁹ spālissimis. ¶ Dōm q̃ B̃ modicū qd̃ pbs dixit est p̃n^m ⁊ regla ad ꝓsiderādū eēntiales ⁊ ꝑpas dēias vniuscuiusq̃z nā facile est videē qd cōpetit ita hoi q̃ nō cōpetit alij. ꝓ̃z

utrū id sit,ppa dīa q̄ debeat ingredi diffōnē eī⁹.ad hoc iuestigādū regulamur p ea q̄ sunt,ppa ipsi sbe est qd̄ generalissimū p̄dicamtū.ut si videm⁹ q̄ p risibile dīt hō ab oib⁹ alijs nō statiz debem⁹ currē ad accipiēdū risibile tanq̄z ppriā dīā.sed p ea q̄ sunt ppa ipsi gnī gnālissimo.⁊ ipsi p̄dicamēto sbe debem⁹ videē utrū risibile ptineat ed p̄dicamētū sbe.q̄ si p risibile dīt hō ab oib⁹ alijs ⁊ risibile ptinet ad p̄dicamtū sbe.ex ꝗ poterit colligi ⁊ hēri q̄ risibile nō sit ppa dīa hois.,ppa ḡ toti p̄dicamēto q̄ sunt coia p̄ᵃ sunt regula ad iuestigādū ea q̄ sunt eēntialia oib⁹ exntib⁹ in illo p̄dicamento.⁊ qd̄ dcm̄ est de sba itelligēdū est de q̄ztitate ⁊ de alijs p̄dicamētis.ut si albū nō hiet eē nisi in triāgulo nō bn̄ faceret ille qui uellet diffinire triāgulū p albū.ſz postq̄z vidisset q̄ albū nō reptit nisi in triāgulo.⁊ q̄ est ppriū triāgulo.adhuc deberet videē p ea q̄ sunt ppa q̄ztitati.utputa.q̄ de rōne q̄ztitatis est q̄ sit qd diuisibile ul de rōne quātitatis cōtinue est q̄ sit p̄m se extēsum.per talia enim coia deberet videre.utrū album ptineret ad p̄dicamētum quātitatis in quo habet esse triangulus qui debet diffiniri.¶ Deinde cum dicit.

¶ Propter hoc q̄ p̄ncipiū oiuz diffōnuz q̄ simplex est ⁊ simplicib⁹ per se iesse ꝓueniētia solis:alijs autē secundū illa.

¶ Assignat cām dicti.d.(ppterea)sup.sunt ꝓsiderandā talia coia que sunt,ppa toti p̄dicamēto.⁊ ppterea hoc est faciēdū(q̄)p qz(p̄mū)sup.p̄nᵐ est(oiuz diffōnum q̄ est simplex.⁊ simplex simplicib⁹ iesse)sup.ꝓtigit(cō ueniētia p se solū.alijs aūt p̄m illa.)q.d.q̄ qz oib⁹ alijs ꝓueniūt ea que ꝓueniūt p simplicia ⁊ p p̄ᵃ coia.simplicib⁹ aūt que eis non ꝓueniūt p alia.iō hi⁹ cpia ⁊ hi⁹ simplicia sunt p̄nᵐ ⁊ regula ad iuestigādū diffōnes ⁊ ppas dīas.⁊ alia que eēntialr ꝓueniūt alijs.¶ Dubitaret forte aliqs.qz vī ꝗ talsuz q̄ simplicib⁹.i.ul ib⁹ nō ꝓueniāt aliq̄ p alia.sed alijs p ipa.nā hic tres cōpetit figure ⁊ alijs supiorib⁹ p triāgulū.¶ Dīz q̄ pticulariter pōt aliqd ꝓueire simplici ⁊ supiori.siue magis ꝓueniri p iferi⁹.sed ulr est ipole.nā qd̄ cōpetit triāgulo p̄m se nō pōt ulr cōpetē figure.sed ecōuerso.qd̄ eniz cōpetit figure p̄m se opz q̄ cōpetat oi triāgulo.⁊ qz ad diffōnē nō sunt utilia.nisi que cōpetūt ulr loquēdo de his que ulr cōpetūt certū est q̄ q̄zto aliq̄ sūt magis generalia ⁊ magis simplicia tāto magis competunt eis aliq̄ ulr p̄m se ⁊ alijs cōpetūt per illa.q̄zto aūt aliq̄ magis sūt ifima tāto eis cōpetūt plura ulr p alia.qz qcqd cōpetit ulr supiorib⁹ cōpetit ulr oib⁹ iferiorib⁹.ſz nō ecōuerso.p talia ḡ coia ⁊ gnālia toti p̄dicamēto eo q̄ sunt cā oiuz eoz que isunt his que sunt in p̄dicamēto. regulamur ad cogscēdū ea que sunt ppa cuilibet exntī in p̄dicamēto.ea eni que ꝓueniūt ulr oib⁹ his q̄ sūt in p̄dicamēto sbe.⁊ talia ēt coia toti sbe sunt cā eoz q̄ ꝓueniūt his que sunt in p̄dicamento sbe.iō ꝓsiderare talia coia multū ualet ad accipiēdū ppas dīas.ut patuit in cōne añdicta.⁊ ēt ut patē pōt p cōnē hāc cū dictū sit in hac cōne talia coia esse cām ppriozz.

Ed disiōes q̄ sūt ſz dīas utiles sūt in id q̄ sic adeam⁹.sic tn̄ demrant dcm̄ est i porib⁹. utiles āt sūt utiqz sic solū ad colligēdū qd̄ qd ē:⁊ ēt vī utiqz nihil.ꝗ morū utiqz accipe oia tanq̄z si ex principio acceperit aliquis sine diuisione.

¶ Postq̄z phs dedit artē ⁊ methoduz quō fit accipiēda diffō. In pte ista ut dicebat oñdit quō hi⁹ ars sit utilis Propter qd̄ sciendū q̄ est utile p disionē accipe diffōnē nō via illoᶜᵃ:sed via collectiua.factis eni disionib⁹ nō accipim⁹ mēbra disionū ex qb⁹ ꝓstituit diffō illogiçādo:qz ut patuit supra stati poterim⁹ qd̄ est in ꝓncipio.sed accipim⁹ hi⁹ mēbra colligēdo ⁊ ꝓiūgēdo vnuz alteri.est aūt utile ꝓcedē sic via disiua colligēdo ⁊ cōiūgēdo mēbra disionū ad tria.p̄º ad habēdū ea q̄ sunt in eo qd̄ qd.2º ad hñdū ordiate.3º ad hñdum ea oia.in his eni trib⁹ stat tota ars distictiua.vz q̄ accipiant ea que sunt in eo qd̄ qd.⁊ accipiant ordiate.⁊ q̄ accipiātur oia.si eni accipiant ea que ptinēt ad qd̄ qd hois.si accipiant ordiate:⁊ si accipiant oia talia:ipole est qn ex sic acceptis ꝓficiat uera diffō hois.ad oia aūt hᶜ tria ualet via disiua collectia.ad nihil aūt tale ualet via disiua illoᶜᵃ.Tria ḡ facit p̄m q̄ hec tria declarat.nam p̄º oñdit quō talis via disiua collectiua fit utilis ad accipiēdū q̄ faciūt in eo qd̄ qd.2º quō opz accipe ea ordinate.qz alr nō eēt utilis talis via.3º quō opz ea accipe oia.2ª ibi Dīt aūt aliqd nihil.]3ª ibi Amplⁱ⁹ ad nihil.]Dicit ḡ q̄.ſz disiones que sunt p̄m dīas utiles sunt q̄ adeam⁹.]i.q̄ pgamus in id.]i.in diffōnem sic.]i.via collectia sic tn̄.]i.quēadmodū demōstrāt dcm̄ est i porib⁹.]nā supra dicebat q̄ via disiua nihil silat ⁊ nihil demrat ad ppositū.⁊ sbdit.q̄ utiles aūt sunt]sup.ad colligēdū]disiones sic solum qd̄ qd est.]q.d.q̄ solū sic ut.s.via collectiua accipiantur ea q̄ sunt in eo qd̄ qd utiles sunt disiones.nō autē utiles via illoᶜᵃ.vñ sbdit.q̄ sed ēt vident]sup.disiones utiqz nihil]sup.ꝓcludē illoᶜᶜ ad ppoſituz sed mox accipe oia tanq̄z si ex p̄nº accipet aliqd sine disione.]i.anteq̄z videret.¶ Notāduz aūt q̄ ut supra dicebat via disiua nihil silat ad ppositū.ut si dicat q̄ oē aial ul est rōnale ul irrōnale:hō est aial.bn̄ seqt.q̄ uel sit rōnalis ul irrōnalis.ſz q̄ accipiat ꝗ mēbrū deteriate de q̄ est mētio.vz q̄ hō sit rōnalis nō fit ꝗ illoᶜᶜ.imo absqz pbōne ꝗ accipit.pp qd̄ petit ibi qd̄ est in p̄nº.q̄ztū ḡ ad pbōnē illogistica ita bn̄ potuisset accipe aī diuisionez.ḡ accipe via illoᶜᵃ est accipe oia talia mēbra. ac si ex p̄nº accepisset ea anteq̄z fecisset disionē.disio ḡ ibi nihil coopat ut via illoᶜᵃ aliqd ad ppositū ꝓcludatur.est ḡ utile videē ut mēbra disiōis colligam⁹.non est aūt utilis ut p disionē talia mēbra illogiçem⁹.¶ Dubitaret forte aliqs.quō p diuisionē fit utile accipe ea q̄ sunt in eo qd̄ qd.¶ Dīm q̄ utilis est ꝗ mō p̄tacto.vz ꝓsiderādo ea q̄ sunt coia toti p̄dicamēto.p ea eni q̄ sūt coia toti p̄dicamēto sbe regulamur ad cogscēduz ea q̄ sunt eēntialia.⁊ que ptinēt ad qdditatē eoz que sūt i p̄dicamēto sbe.ut si uolumus diffinire hoiez ⁊ scimus aial eē genus ei⁹.leue est videē que cōpetūt aiali ⁊ p q̄s dīas hēt didi aial.ut qz didit p pēnatū ⁊ nō pēnatū. p rīsibile ⁊ hinibile.sed utrū iste dīe p q̄s disiuz est aial sint eēntiales ul accntales regl̄amur p ea que sūt coia toti p̄dicamento sbe.ut si sba dicit aliqd p se exns.⁊ ꝗ est cōe toti p̄dicamēto sbe nihil erit sba.⁊ nihil ptinebit ad p̄dicamētū sbe p̄m se nisi qd̄ est p se exns ul q̄ eēntia.uel ps eēntie p se exntis.ex ꝗ ḡ regulabimur ad cogscēdū.utrū ea in que disiuz est aial sint eēntialia ul accntalia his que sunt sb aiali.qz si sunt p se exntia. ul si dicūt eēntiā uel ptē eēntie p se exntis poterūt eē eēntialia his que sunt sb aiali uel sub spēbus ipsi⁹ aialis.si aūt nō sint talia nō erunt eēntialia.via ḡ disiua utilis est ad colligēdū talia que sunt in eo qd̄ qd ⁊ eēntialia si hoc fiat debito mō p̄m datā artē.¶ Adūtēdū tn̄ q̄ ptinē ad qd pōt eē duplr.uel q̄ztū ad rem uel q̄ztuz ad modū.q̄ztū ad rem dīa p̄dicat in qd.qz res ipa quā significat dīa ptinet ad qdditatē.q̄ztū aūt ad modū p̄dicat i q̄le.qz p̄dicat demratiue.vñ ⁊ phs aliqn̄ eguoce in hac mā logk.nā supra cū dixit de rōne assignata de trinitate q̄ si nō erat diffō q̄ erat genus: supponebat q̄ nō p̄dicaret in qd nisi genus ⁊ diffō; p̄m quem modū dīa ptinet ad p̄dicātia in q̄le.hic aūt cū ait disiones utiles ad colligēdum qd̄ qd est cum diuisiones

fiāt p diias. ſpe dīie ptinebūt ad qd qd eſt. poſſet tñ di ctū ſupius hīe aliū itell'm. nā ſupponēdo q̄ acceptum ſit genus trinitatis ⁊ q̄ accepte ſint dīie ul' accepte ſūt tot quot rō ide ꝓſtituta ꝓuertat cum trinitate: tunc rō accepta erit diffō trinitatis. ſi aūt nō ꝓuertit nondum puētuz eſt ad dīiaz ultimā. ſed totū qd acceptuz eſt aū dīiaz ultimā tota accipit loco gīīis. Sed dices q̄ pue nire uſqz ad dīiaz ultimā cōpetit diffōni bone ſimplr. nō aūt diffōni bone i caſu: ubi ignorat dīia ultima. pp qd ſciēdū q̄ ⁊ diffō bona in caſu opz q̄ accipiat eſſen tialia uel aliqd loco eēntialiū. Rurſus hi⁹ diffō lz non accipiat dīiam ꝓpriā. accipit tñ aliqd loco talis dīie. dicemus q̄ q̄ ēt in tali diffōne ubi debent accipi oia ſe hūtia in plus q̄dīu nō ſunt accepta tot quot oia ſe hē ant in eque. tādiu oia accepta ſe hēbūt ut genus. qz q̄z dīu accipimus eēntialia ſe hūtia in plus tādiu accipi mus genus. qñ aūt erūt accepta tot quot ſe hēbunt in eque erit ipa diffō. huic q̄ ꝓſiderationi inītens ibi phs dicit rōnē acceptā uel eē gen⁹ ul' diffōnē. ¶ Deiñ. c. d.

¶ Differt aūt aliqō ꝑdictoꝝ ꝑus ⁊ posteri us ꝑdicari: ut eſt dicere aīal māſuetum bi pes. ⁊ qm̄ bipes aut aīal manſuetum.

¶ Oñdit quō debeant hi⁹ dīie accipi ordiate. Circa qd duo facit. qz p⁰ facit qd dcm̄ eſt. ⁊ 2⁰ aſſignat rōnē dicti. ibi _Et iterꝝ ex B._ _Dicit q̄ q̄_ differt aūt aliqd ꝑdica mētoꝝ ꝑus posteri⁹ ꝑdicari. _q. d. q̄_ magna dīia eſt ⁊ multū attēdēdū eſt ⁊ quō ꝑdicata. i. quō ꝑdicātia que ingrediunt diffōnem ordinent ut que ordinent ꝑus ⁊ que posteri⁹. qz hoc mō erit utilis ars diffinitiua p di uiſionē accepta ſi talia accipiunt ordinate. ⁊ ſbdit po nēs exēplū. d. _ut eſt dicere aīal māſuetum bipes_ _uel bipes aīal māſuetū._ _q. d. q̄_ multuz refert ordinare ꝑtes diffōnis ſic uel ſic. qz primo mō bene ordinata eſt diffinitio. ſecundo male. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et iteruz ex B ⁊ dīia eſt hō aut qōlibet eē vnū. ſic neceſſe eſt diuidentē repetere.

¶ Aſſignat rōnez dicti. ſed eſt lra defectiua ut pz ex ipſo mō loquēdi. nā hoc qd dī _Et iterū_ _ad nihil ꝓtinua ri pōt. pz ēt hāc lram eē defectiuā ex alia trāſlatione. ſic enīz hēt alia trāſlatio. ſi enīz oē ex duob⁹ eſt ⁊ vnū aliqd aīal māſuetū. totū hoc deficit in trāſlatione nra. ⁊ postea ſequit lra nra. vz _ ⁊ iterū ex hoc_ _tē. Cōtinuet ergo ſic. bñ dictū eſt q̄ dīie debēt ordiate poni ⁊ multuz attēdēdū eſt que ponat ꝑus ⁊ que posteri⁹. quia ſi enī oē ex duob⁹ eſt ⁊ vnū aliqd eſt aīal māſuetū _ ⁊ ite ruz ex hoc._ _i. ex aīali māſueto _ ⁊ dīia._ _ſ. bipede_ _eſt hō aut qōlibet_ _qd fit_ _eē vnuz._ _uel ut hēt alia trāſla tio aut qōcūqz qd ſit vnuz. q. d. q̄ pp iſta tria. vz q̄ oē ex duob⁹ eſt. ⁊ qz aīal māſuetū dicit aliqd vnū. ⁊ iterū qz ex hoc. i. ex aīali māſueto ⁊ dīia. i. ⁊ bipede eſt hō ul' qōcūqz aliud diffinitū qd dicit qd vnum _ qz ſi ſic eſt neceſſe eſt diuidentē petere._ _i. ſupponē talē ordinem debē eē in diffōne ſi debeat diffō bona eē ul' neceſſe eſt diuidentē petē. i. petitionē ꝑncipij cōmittē ſi uelit hi⁹ ordinē via ſillo^ca ꝓcludē q̄ qz nihil per diuiſionem via ſillo^ca ꝓcludit ad ꝑpositū ſine petitiōe ꝑncipij. neceſſe eſt ergo diuidentē petere ſi uelit via ſillo^ca hoc ꝓclude re. qz non debet via ſillogiſtica talē ordinē ꝓcludē. ſed via collectiua accipe. ¶ Notandū aūt q̄ hoc mō dīie ordinate ponunt ut q̄ p⁰ ponat dīia coior. postea mi nus cois uſqz ad dīiā ꝓpriā. ſi ergo hoc eēt bona diffō hois ⁊ bñ aſſignata. aīal māſuetuz bipes. aīal eſſet ibi tanq̄z genus. māſuetum tanq̄z dīia cois. bipes tanq̄z dīia ꝓpa. hoc enīz mō accipet hec diffō q̄ aīal diuide ret per māſuetuz ⁊ nō māſuetuz. ⁊ postea totuz B aīal māſuetuz diuideret per bipes ⁊ nō bipes. ⁊ postea to tuz hoc. aīal māſuetuz bipes accipet tanq̄z diffō hois.

¶ Notādū etiā q̄ poſſet alio mō uerificari hec diffō. q̄ manſuetuz bipes ſuppleret vicez ꝓpriē dīie. ſed hic modus ptineret ad artē ſupius aſſignatā que non eſt bona ſimplr. ſed bona in caſu. ut qñ ignorat ꝓpa dīia q̄ accipiant aliq̄ plura loco dīie ꝓpriē quoꝝ qōlibet ſit in plus ⁊ totū in eque: ⁊ ſic videt in hoc exēplo. ut ſi manſuetū nō dī niſi de hoīe: ⁊ de alīs aīalib⁹ terre ſtrib⁹. ⁊ bipes nō dī niſi de hoīe ⁊ de uolatilib⁹: māſue tuz erit in plus q̄z hō: ⁊ bipes in plus q̄z hō. ſed totum hoc māſuetum bipes erit in eque. ſic q̄ poſſet uerificari hec diffō. ſed tūc ptineret nō ad artē datā nunc que eſt bona ſimplr. ſed ad datā ꝑus que eſt bona in caſu. pp qd melī⁹ eſt dicē q̄ hic phs nō curat de exēplo. ſed ac cipit māſuetū pro dīia coiori. ⁊ bipes pro dīia ꝓpria. ſm quē modū hoc mō eſt ordināda diffō. ut aīal pona tur ꝑus tanq̄z genus. deide māſuetū tanq̄z dīia coior. ⁊ ultimo bipes tanq̄z dīia ꝓpa. ¶ Dubitaret forte ali quis. quō pp illa tria. vz qz oē ex duobus eſt. ⁊ qz aīal māſuetū eſt vnuz aliqd. ⁊ qz ex hoc. i. ex aīali māſueto ⁊ ex dīia. i. ex bipede eſt hō ió neceſſe eſt diffiniētia or dinate ponē. ¶ Dōm q̄ ex dīia coiori. ⁊ ex gīie fit ge nus ꝓpinquū. ſi iterū adhuc accipet alia minus cois fieret genus ꝓpingus uſqueq̄ accipiat dīia ꝓpria ex q̄ cōſtituit ſpēs. ut ſi diuidat aīal q̄ aliud eſt domeſticuz ſiue māſuetū. ⁊ aliud īdomeſticū. ⁊ postea accipiat to tuz hoc. aīal māſuetū. ⁊ diuidat per bipes. ⁊ nō bipes. totuz hoc. aīal māſuetū. hēbit rōnē gīīis ꝓpinqui. ⁊ ſi ſciremus nomē illi⁹ gīīis poneremus ipm genus: ſed qz īnoiatuz eſt nobis circūloqmur ipm per aīal man ſuetuz. Rurſus cuz diuidimus aīal māſuetū per bipes ⁊ nō bipes. ſi bipes nō eſt dīia ꝓpa. ⁊ totum hoc. aīal māſuetū bipes. nō ꝓuertit cū hoīe. totum hoc ſe hēbit ut genus donec deueniat ad dīiaz ꝓpriā que cū oibus acceptis ꝓſtituit ſpēm. ex hoc q̄ appet q̄ opz alia ordi nate ponē. ut q̄ p⁰ ponat genus cum dīia cōi. ⁊ postea ponat dīia ſpālis. hi⁹ enīz ordinis vna eſt cā. qz oē cō positū eſt ex duab⁹. vz ex potētia ⁊ actu. Nam nec ex duob⁹ in actu nec ex duob⁹ in potētia. ſz ex actu ⁊ po tētia fit vnū. nec opz dare mediuz. ut ſupra dicebat qd ꝓglutinet potētiā cuz actu. ergo oē cōpositū ex duob⁹ eſt. ex potētia. ſ. ⁊ actu. ⁊ qz ſic eſt opz ordinate ponere dīiaz. ut q̄ ꝑmo ponat dīia cois: ⁊ postea ſpālis. ſi enī fieret econuerſo q̄ ꝑmo poneret dīia ſpālis. ⁊ postea cois nihil ꝓſtitueret ex tali ordine. naz ex gīie remoto ⁊ dīia ſpāli nihil ꝓſtitueret. qz talis act⁹ cuiuſmodi eſt dīia ſpālis nō eſt ꝓpriūs act⁹ rñdēs tali potētie. vz ge neri remoto. ex quo enī ibi ponunt plures dīie ſuppo nit q̄ genus acceptū ſit remotū. qz ſi eēt primum ſpēi ſufficeret vna dīia. cuz ergo ibi plures ſint dīie ꝑus cō ſtituit genus ꝓpinquuz qd eſt ex duob⁹. vz ex gīie tā q̄z ex potētia ꝓpa ⁊ ex dīia cōi tanq̄z ex actu ꝓpo. ⁊ ul timo ꝓſtituit ſpēs que ꝓſtat ex gīie ꝓpinquo ⁊ ex dīia ꝓpa. ſi q̄ ꝑus poneret dīia ꝓpa. ⁊ postea cois ſm talez ordinē nō ꝓiūgerent duo ad īuicē que ꝓſtituerent ge nus ꝓpinquū nec que ꝓſtituerēt ſpēm. ergo hoc ꝑmū dcm q̄ oē cōpositū ex duob⁹ eſt. ꝓbat mēbra diffōnis debere eē ordinate poſita. ut tam genus ꝓpinquū cō ſtituat ex ꝓpriis duob⁹. vz ex gīie ⁊ ex dīia cōi: q̄z etiā ſpēs ꝓſtituat ex ꝓpriis duob⁹ ut ex gīie ꝓpinquo ⁊ ex dīia ꝓpria. Qd vo ſbdit. q̄ aīal māſuetuz eſt vnuz ali qd eſt expō ꝑoris dicti q̄ztū ad alterā ptē. vz q̄ ex aī ali ⁊ māſueto. i. ex gīie ⁊ dīia cōi fit vnū aliq̄d. i. genus ꝓ pinquuz qd nō fieret ſi nō ꝓiūgeret ꝑus gīi dīia cois q̄z ſpālis. Qd vo 3⁰ ſbdit q̄ iterū ex hoc. i. ex aīali mā ſueto ⁊ dīia. i. bipede eſt hō. eſt expō ꝑoris dicti q̄ztuz ad alterā ptez. vz q̄ cuz ꝓſtitutuz eſt genus ꝓpinquuz ex gīie remoto ⁊ ex dīia cōi. postea ex hoc. i. ex tali gīie ꝓpinquo ⁊ dīia ꝓpria eſt ꝓſtitut⁹ hō uel qōcūqz aliud qd ſit vnū ⁊ q̄ ſit diffiniēdū: qd nō eēt ſi nō ponerent

ordinate ptes diffōnis.pp qd signanter loquitur cum dicit.⁊ iterū qr nō sunt nisi due cause quare ponende sunt ordinate diffōnis ptes.quarū vna est ut ex gñe ⁊ dīa cōi ꝓstituat genus ppinquuz.alia cā est ut ex gñe ppinquo ⁊ ex dīa ppa ꝓstituat spēs.pmū ergo dictū q oē ex duob⁹ est.debuit ad utrāq; cām.2m vo dcm q aial māsuetum est vnū aligd.debuit ad hāc cām.ut p⁹ cōstituat genus ppinquum.3m vo dcm q ex hoc.i.ex gñe ꝓpinquo ⁊ dīa ppria est homo uel qdcūq; aliud qd sit diffiniēdū.debuit ad alterā cām.vz ut ex ꝓstituto pus gñe ppinquo.ex hoc.s. gñe ppinquo ⁊ dīa ppria ꝓstituat spēs. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Ampli⁹ ad nihil relinquēdū in eo qd qd est sic solūmō ꝓtingit.cū eni pmū accipiat genus siqdē iferioꝫ aliquā disionē accipiat:nō icidet eē in B:ut nō oē aial aut totuz pēnatū est:aut diuisuz pēnis.B pēnatū aial est oē.hui⁹ eni dīa hec est.pma āt dīa est aialis in quā oē aial icidit. Sil'r aūt est ⁊ i vnoq̄q; alioꝫ:⁊ in his que ex genus ⁊ q̄ sub ipsis sunt:ut i aue in q̄ est ois auis.⁊ pisce in quo est ois piscis.sic qdē igit ambulās est qd est scire qm nihil relictū est.aliter aūt relinquere necesse est ⁊ non scire.

¶ Dat terciā utilitatē.vz q utile est p disionē via collectiua accipe diffōnē si accipiam⁹ oia nihil relinquētes de ptinētib⁹ ad ipaz diffōnē.qd quō possit fieri ⁊ quō B ualeat decl'at in lra.d.q[Ampli⁹ ad nihil reliquendū in eo qd qd est ꝓtigit]su.via disiua[solūmō sic.] i.sic nūc dicemus.ió sbdit.q[cū eni accipiat pmum gen⁹ siqdē accipiat aliquā disionē iferioꝫ nō icidet] oē eni totū genus[in hec.]i.in mēbra illius disionis. q.d.q B mō possum⁹ coḡscē qm genus disuz est p dīas debitas uel dīas gñis inferioris.qr si diuidat genus aliqd nō p dīas suas:sed p dīas gñis iferioris. tunc oē.i.totū tale genus nō icidet.i.nō euacuabit p tales dīas.tales eni dīe nō capiēt totū genus.uel totuz genus nō icidet in B.i.nō capiet a talibus dījs.⁊ ponit exēplū.d.[ut nō oē aial aut totū pēnatū aut diuisum pēnis]uocat aūt aial totū pēnatū qd hēt totā alā q̄si vnā pēnā ut appet in uesptilione.aial aūt disuz pēnis dī qm hēt alā in qua sunt multe pēne.he ḡ dīe totū pēnatū ⁊ disuz pēnis nō sunt dīe aialis.sed sunt dīe generis iferioris.ut aialis pēnati.ió q nō oē aial aut su. diuidit sufficiēter q est totū pēnatū aut disuz pennis [sed oē aial pēnatū]⁊ sbdit q[hec eni est dīa h⁹.]i. hec dīa totū pēnatū uel disuz pēnis est dīa hui⁹ aialis vz aialis pēnati nō aialis simpl'r.⁊ sbdit.q[p⁹ aūt.] i.imediata [dīa aialis est in q̄ icidit oē aial.]⁊ subdit.q[sil'r aūt est ⁊ in vnoquoq; alioꝫ]q sile sunt p se ⁊ imediate dīe aialis pēnati uel aialis gressibilis ul' cuiuscūq; alteri⁹ aialis que sufficiēter diuidūt totū ⁊ in q̄s totū sufficiēter cadit.⁊ sbdit.q[in his que sūt ex genus.⁊ que sb ipsis sunt.]q.d.q hec regula. vz ⁊ in dījs que sunt ex genus aialis ⁊ in dījs que sunt sb ipsis.i.in dījs sbalternatis su.huic gñi qd est aial[ut in aue illa.]s.est dīa p⁹ ⁊ imediata[in quā.]s.dīaz su.cū sua opposita[ois auis.]s.icidit[⁊ i pisce i quē ois piscis]sic etiā in lapide qui est ex genus aialis in quē ois lapis est.⁊ sbdit.q[sic qdē ambulās.]i.sic p gēs p dīas pmas ⁊ imediatas[est.]i.cōtingit[scire qd est.]i.qdditatē rei[qm nihil relictū est]de ptinētib⁹ ad qdditatē[al'r aūt]sup.icidēdo[necesse est relinquē ⁊ nō scire]sup.totuz qd ptinet ad qdditatem. ¶ Notādū aūt regulā datā in B ꝓsistē q si dīdamus aial p dīas pmas.utputa p pēnatū ⁊ nō pēnatū si iste sunt dīe pme.⁊ postea nō pēnatū p suas dīas pmas. utputa per gressibile ⁊ reptile.⁊ postea gressibile p suas dīas pmas.utputa p bipes ⁊ multipes.sic faciēdo ueniemus ad ultimā dīā hois ⁊ colligemus oia que ptinēt ad qdditatē hois.⁊ qd dcm est de hoie uerītatē hēt de q̄libet alio.sic eni ꝓcedēdo p dīas pmas nihil relinq̄t de ptinētib⁹ ad qdditatez.ꝓcedēdo aūt al'r necesse eēt errare ⁊ relinquere. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Nihil aūt oportet diffinientem ⁊ diuidentem omnia scire que sunt.

¶ Postq̄z decl'auit quō accipienda sit diffō ut sit utilis. In pte ista ut dicebat decl'at quō talis acceptio sit possibilis.uoluerūt eni qdā q ipsoe eēt diffinire aligd.qr ut dicebāt hoc fieri nō posset nisi sciremus oia ꝓueniētia cū eo qd debet diffiniri.⁊ oia dīa.⁊ qr ut dicebāt hoc est ipsoe.ió ipsoe erat accipe aligd p diffōnē. Tria ḡ facit phs.qr p⁹ excludit hūc errorē.2⁰ narrat opionē sic errātiū.3⁰ oñdit q diffiniētē non opz oia scire.⁊ q nō est ipsoe p diffōnē aligd accipe.2ª ibi[Et tū qdā.] 3ª ibi[Primū qdē igit.]Dicit ḡ q[nihil aūt opz diuidentē ⁊ diffiniētē scire oia que sunt.]q.d.q accipe aligd via disiua p diffōnē nō debet iudicari eē ipsoe ex eo q hoc posito oporteret diuidentē ⁊ diffiniētē scire oia que sunt.qr pōt aliqs diuidē ⁊ diuidēdo diffinire absq; eo q sciat oia entia. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et tū ipsoe qdā dicūt eē dīas coḡscere que sunt ad vnūqdq̄z:nō coḡscentē vnūqdq̄z sine dījs non eē vnūqdq̄z scire:a q̄ nō dīt idē eē huic a q̄ aūt dīt alteruz ab B.

¶ Narrat opionē ul'errorē B opinātiū.d.q[⁊ tū dicūt qdā ipsoe eē coḡscē dīaz ul' dīas que sūt ad vnūqdq̄z nō coḡscētez vnūqdq̄z.]q.d.q si uolum⁹ aligd diffinire opz q diffiniam⁹ ipm p dīas p q̄s dīt ab vnoqq̄z.⁊ qr tales dīas nō ꝓtigit scire nisi cognito vnoqq̄z.cuz ipsoe sit vnūqdq̄z coḡscere ipsoe est aligd diffinire.ió sbdit.q[sine dījs eni vnūqdq̄z.]i.ad vnūqdq̄z non est[scire]sup.p diffōnē:cui⁹ rō est qr[a quo eni dīt] opz sup.[eē alterū ab B.]cuz ḡ nō ꝓtingit scire aligd p diffōnē nisi sciamus cuz qb⁹ ꝓtingit:⁊ cuz qbus differt q̄s est q ꝓtigat aligd sic scire nisi sciuerimus dīas quas hēt tale diffinitū ad vnūqdq̄z.⁊ p q̄s nisi sciuerimus oia: qd est impossibile. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Primū qdē igit B factū est.nō enim pm oiuz dīā alterū est.multe eni sūt dīe i eisdē spe:B nō pm substātiā neq̄z per se.

¶ Oñdit quō diffiniētez ⁊ diuidētez nō opz scire oia.⁊ per q̄s q ipsoe sit aligd diffinire.Circa qd tria facit. qr p⁹ oñdit q non neēe est oia scire.2⁰ ex B ꝓcludit q ipsoe sit ars diffiniēdi.⁊ q ipsoe sit nos pgē in diffōnē sbe.3⁰ rñdet cuidā tacite qōni.2ª ibi[Manifestuz est eni qm.]3ª ibi[Oē aūt incidē.]Circa pm duo facit. pm q dupl'r pbat intētū.ibi[Postea rū accipiant.] Dicit ḡ q[pmū qdē igit hoc falsum est] q oporteat diffinientē ⁊ diuidentē oia scire.cui⁹ rō est qr[nō eniz pm oēm dīaz]ipm diffinibile[est alterū]sup.eēntialiter ab alio.vñ sbdit.q[multe eni sunt dīe in eadem spe.sed nō pm sbam nec per se.]¶ Notandū aūt vim rōnis hui⁹ in hoc ꝓsistē q dīe que igrediunt diffōnez sunt ille p q̄s diffinitū est alterū ⁊ diuisuz pm sbam.⁊ qr non pm oēs dīas diffinitū est alterū pm sbam imo multe sunt dīe accētales.utputa dīe que sūt in eadē spe.ḡ nō opz q diffiniēs coḡscat oia.qr saltem nō opz q coḡscat illa que faciūt dīā accētalē in diffinito.qr p tales dīas nō est diffō.diffiniēs eni hoiez nō opz q coḡscat oia ptiularia ipsi⁹ hois.qr non opz q coḡscat

oēs dīias accñtales ipsi⁹ hoīs. p quas differūt pticularia ⁊ indiuidua. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Postea enī accipiant opposita ⁊ ꝯz differētiā ⁊ cū omne icidit hinc aut inde ⁊ accipiat in altero ⁊ q̃re esse ⁊ hoc cognoscit. nihil enī differt scire aut nescire in quibus cūq̃z predicantur de alijs differentie.

¶ Adducit scdaz rōnē. qz diffiniētez hoīem nō solū opz scire oia pticularia ei⁹ que dīnt p dīias accñtales. sed etiā nō opz scire oēs spēs alias a qb⁹ dīt hō p dīias essentiales. iō ait q⁹ postea cuz accipiant opposita. ¶ i. dīie oppositē ¶ ⁊ p̄m talē dīiam ¶ oppositā sil' cuz dīia alia ¶ cū oē. ¶ i. cū totū genus ¶ icidit hinc aut inde. ¶ i. cū accipiunt tales dīie opposite q⁹ capiūt oē. i. totum genus: ut q⁹ oē. i. totū genus icidit aut hinc. i. in vnam ptē dīie. aut inde. i. in aliā. cū q̃ ita fit ¶ ⁊ accipiat in altero ¶ sup. mēbro disionis ¶ qd̄ quērit eē. ¶ i. qd̄ debet diffiniri ¶ ⁊ cogscat h̄. ¶ i. illd̄ mēbrū: disionis siue illā dīiaz diuidētē ¶ nihil dīt scire aut nō scire ea in qb⁹ uel in qbuscūq̃z p̄dicant dīie de alijs ¶ ut si uolo diffinire hoīez ⁊ diuido aial p gressibile ⁊ uolatile: si iste sūt bone dīie sufficit cogscē h̄ siue hāc dīiā. s. gressibile. ⁊ q⁹ hō quē q̃ro diffinire sit sb̄ gressibili. de dīijs aūt oppositis ut de dīijs que p̄dicant de alijs. ut de uolatilib⁹ nihil refert scire ul' nō scire quot sunt dīie uolatiliū. ⁊ quō distinguunt uolatilia. ¶ Dubitaret forte aliquis. utz diffiniētē opz scire oia. Dōz q⁹ duplex est scire. positiue ⁊ negatiue. Rursuz positie duplr. in gñali ⁊ spāli. diffiniētē aūt opz oia scire aliq̃ mō ul' positiue ul' negatiue ul' in gñali ul' in spāli. nā ex eo q⁹ scio hoīez esse aial rōnale quodāmō in gñali ⁊ negatiue. sic in gñali ⁊ negatiue ego scio oia alia. nā siē sciēdo q⁹ oē aial rōnale est hō. ita in q̃dā gñalitate scio oia alia. saltem negatiue. ⁊ scio q⁹ qcqd nō est aial rōnale nō est hō. Rursus in q̃dā gñalitate scio oēs spēs aialis ēt positiue. qz sciēs didē aial p rōnale ⁊ irrōnale opz q⁹ sciat ipz aial ⁊ q⁹ sciat ip̄m irrōnale. sed sciēs ip̄m aial scit oēs spēs aialis nō p̄m se ⁊ in p̄pa forma: sed in q̃z tū sūt aialia. ⁊ sciēs qd est irrōnale scit oia irrōnabilia. nō p̄m se ⁊ in p̄pa foīa. sz in q̃z tū irrōnabilia. sz h̄ mō scire oia nō est cōueniēs. polis est q̃ ars diffiniētdi. ⁊ pole est via disiua colligē diffōnē alic⁹. qz nō opz sic didētē ⁊ diffiniētē scire oia p̄m se ⁊ in p̄pa foīa. ¶ Deide cuz dicit.

¶ Manifestū est enī qm̄ si sic uadēs ueniat in hoc: quoruz nō amplius est differentia habebit rationem substantie.

¶ Ex his que dixerat cōcludit q⁹ sit pole accipe de aliq̃ diffōnē sb̄. d. ¶ Manifestū est enī qm̄ si sic uadēs. ¶ i. si isto mō pcedēs p dīias imediatas ¶ ueniat i hoc. ¶ i. in tales dīias ¶ q̃rū. ¶ i. q̃rū dīiarū ¶ nō ampli⁹ est dīia ulterior ut qñ non ꝓtigit ulteri⁹ pcedē p dīias eēntiales. qñ ad hoc deuētū erit ¶ hēbit rōnē sb̄. ¶ i. ille sic pcedēs hēbit eēntialē diffōnē rei. cuz q̃ sit pole semp sic pcedē p dīias imediatas. ut q⁹ p⁹ diuidat aial p pēnatuz ⁊ nō pēnatū. sed hec sunt imediate dīie aialis. ⁊ postea diuidat aial nō pēnatū p gressibile ⁊ reptile. sz he sunt imediate dīie aialis nō pēnati. cuz q̃ sic pcedēdo p tales dīias imediatas pole est deuenire ad aliquas dīias ultra quas nō est ampli⁹ descēdere in ulteriorez dīiam possibilis est ars diffiniētdi. ⁊ possibile est aliqd diffinire. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Omne aūt icidere in diuisionē si sint opposita quibus nihil interest nō est petitio. neē enī ē i altero ipoz eē: si qd̄ illi⁹ dīia ē.

